

brorum, frangit, & mirabiliter expellit.

Dof. à ʒfs. ad ʒj.

*Pulv. Viperarum Comp. ʒj.*

℞. Trochisc. Viperar. gr. xv Salis Succini gr. iij. Croci gr. ij. m. f. Pulv.

Arcanum magnum habetur adversus Ictericum.

*Pulv. Uvularis ʒfs.*

℞. Terr. Japon. Flor. Balauft. ā ʒfs. Alum. Pip. longi ā gr. v. f. Pulv.

Vide Gargar. pro Uvula. Modus usurpandi est, ut Linguâ speculo oris depressâ, Pulvis, (ope fistulæ) insuffletur Uvulæ; & operatio pro re nata repetatur.

*Rob Acaciæ.*

℞. Fruct. Prunellorum sylvestrium nondum perfectè maturorum, q. v. Macerentur in aqua ad mollitiem: trajiciatur pulpa per cribrum; factâque superfluae humiditatis evaporatione, additoque Sacchari medio pondere; coq. in consistentiam debitam.

Inter potentissima Astringentia locum (non infimum) tenere, jure merito debet.

*Sacchari Nitrati ʒiv.*

℞. Sal. Prunel. ʒj. Sacch. alb. ʒiij. m. f. Pulv.

*Saccharum Perlatum nostrum.*

℞. Sacch. candi albi ʒiij. Margar. præp. ʒj. m. f. Pulv.

Hujus usus est ad Julapia perlata minimoperè paranda ad hunc modum; ℞. Aq. quarumvis ʒxij Sacch. Perl. nost. ʒfs. m.

*Saccharum Antiscorbuticum.*

℞. Succu Cochlear. expressi q. f. Servetur in vase clauso ad fecesum sæcum: hic Succus potuatur Saccharo super lapidem marmoreum posito;

ito; leniter exsiccetur; & iterum imbuatur; & hoc aliquoties, semper lenissime exsiccando. Sic habebis Viride Saccharum, asservandum in phiola angusti colli, quod irroretur saepe cum Spiritu & Oleo destillato Cochleariae; sic habetur Magisterium egregium.

Pro Dosi quantum capiat cuspis cultelli in vino dissolvitur: Inde fit Haustus gratissimus Antiscorbuticus.

Hoc modo cum Absinthio quoque, & aliis, procedendum est. Et Müller Vol. I. p. 1003.

*Saccul. Aromatic. 3j.*

R. Cinnam. Nuc. Mosc. ā 3ij. Mac. Garyoph. Sem. Carui, Fœn. c. d. ā 3j. f. Pul. crassus pro Sacculo rotundo. His addi possunt Menth. sic. M. ij. Absint. sic. M. fs.

Vino Canarino vel Rubro aspersus & calefactus, Ventriculo applicetur; ad Calorem naturalem resuscitandum; Appetitum & Digestionem juvandum; Vomitumque sedandum.

*Saccul. de Cymino 3v.*

R. Sem. Cymini, Sem. Mil. fol. ā 3ij. Salis 3j. f. Pulv. crassus pro Sacculo, cum quo calido affricetur Caput.

Ad Catarrhum, Amygdalarum Tumorem, Uvulae Relaxationem, & Gulae Inflammationem, usui est.

Præter Serum intra Cranium, aliud præterea in externis partibus Capitis Excrementum colligitur; maximeque sub cute Verticis, quo Venarum per Faciem & Tempora in Caput irrepentium extrema desinunt. Quoties enim hæ vel Sero, vel Humore multo turgent, alimenti reliquias & supervacua sub cute affundunt, quæ præ cutis crassitie atque densitate vaporare vix queunt. Horum coagulatione tantus interdum

cum cumulus sit, ut Tumor mollis pronineat, eum condensans, eamque à Calva plurimum disjungens.

Hic certè foris, hic fomes est omnis externæ Destillationis, quem miror neminem omnium Veterum animadvertisse.

Hinc in externas corporis Partes fertur Destillatio, in Oculos, in Maxillas in Dentes, in Cervicem, in Scapulas, in Brachia, in Latera, in Dorsum, & Lumbos, in Coxendicem, in Crura, in omnes denique Articulos, eaque omnis ferè externi Doloris causâ esse deprehenditur. Hæc Fernelius.

*Sacculus Lateralis.*

℞. Bac. Lauri, Sem. Cymini, Fœnugr. Flor. Chamæm. añ M. j. Furfur. Sal. ā M. ij. f. Sacculi duo.

Ad Lateris Dolorem externum, calefiant, & alternatim applicentur. Ubi verò adest Sanguinis sputum, ab externis calidis cavendum est.

*Saccul. Stomachici. ꝑij.*

℞. Herb. sicc. Menthiæ ꝑss. Absinti. Thymi 4 Flor. Rosi rub. ā ꝑij. Balauft. Rad. Angel. Histp. Sem. Carui, Nuc. Mosè. Mac. Garyoph. ā ꝑj. f. Pulv. crass. pro Sacc.

Isdem usus inservit ac Fot. Stomach. Vino rubro austero immersus calidissime adhibeatur.

*Sacculus ad Uvula Relaxationem.*

℞. Sem. Cymini ꝑij. Rad. Irid. Pip. longi, ā ꝑss. f. Pulv. crassus, Sacculo indendus, & super Caput applicandus. Vide Linim. Cephal.

*Sal Volatile Sudoriferum.*

℞. Sp. Theriacal. Camphorati ꝑx. Sp. Vitrioli volat. Sulph. rectific. ā ꝑij. Sp. Tart. subtil. Sp. Sal. Armon. ā ꝑijss. m. Diger. simul 3. dies in M. B. Dein-

Deinde destillentur ferè ad siccitatem. Spiritus arètè in vitro clauso reservetur.

Præter alios usus, Menstruum est nobilissimum, quo paratur Tinctura Epileptica infra descripta.

*Scuti Cardiac. ʒiiss.*

℞. Rad. Angel. Hisp. Calami arom. añ ʒss. Lig. Sant. citr. Flor. Lavend. Croci, Sem. Cartii, Garyoph. Mac. Benzo. Styr. Calam. añ ʒss. f. omnium Pulvis crassiusculus, carpto gossypio excipiens quò cùm & panno sericeo rubro interpuncto fiat Sacculus, qui Collo appensus gestetur supra regionem Cordis.

*Scut. Pectoral. ʒiiss.*

℞. Lig. Sant. citr. Rad. Irid. Flor. Callami arom. añ ʒij. Fl. Lavend. Sem. Coriand. Nuc. Mosch. Mac. Benzo. Styr. Calam. añ ʒj. Ol. Anisi, Ol. Garyoph. añ gut. iij. f. Pulvis crassus.

*1. Scut. Stomachic. ʒiiss.*

℞. Rad. Angel. Hisp. Cal. arom. añ ʒiiss. Herb. sicc. Ment. Absint. añ ʒij. Sem. Coriand. Carui añ ʒj. Styr. Calam. Benzo. Cinnam. Nuc. Mosch. Macis, Garyoph. añ ʒss. f. Pulv. crass.

*2. Scut. Stomach. ʒx.*

℞. Rad. Ireos Flor. Cal. Arom. añ ʒij. Cubeb. Nuc. Mosc. Mac. Garyoph. Styr. Cal. Benzo. añ ʒj. Ol. Carui, Ment. Rhod. añ gut. ij. Absint. gut. j. f. Pulv. crassus.

*Serim Deoppilantis Cong. ij.*

℞. Rad. Polypod. Oxylap. añ ʒiv. Herb. Hepat. Agrim. Cichor. Summit. Lupulor. añ M. ij. Succ. Fumar. ʒbj. Sennæ ʒj. Tamarind. ʒij. Seri Lact. Cong. iijss. Coq. ad ij. & ritè depuretur.

*Serum*

*Serum Diateticum.*

℞. Seri Lactis ope Coaguli Vitulini separati ℞iv. Succu Limon. ℥j. Succu Pomor. acido dulc. recens express. ℥iv. Sacch. alb. ℥ij. m. & clarific. cum Album. Ovor. N<sup>o</sup>. ij.

Medicamentum est jucundissimum, & excellentissimum ad Effectus ab atra Bile aut Sero muriatico subortos. Ventriculum, Partesque Nutritioni dicatas nimium aestuantes, aut inflammatas, humectat, & refrigerat.

Dosis fit ℞j. quotidie manè per mensem integrum.

Non debet major pro vice parari quantitas quam quæ sufficiat tribus diebus. Nimis diu namque asservatum fitum & acedinem contrahet.

*Serum Lujulatum.*

℞. Lact. ℞ij. Cerevis. tenuis ℞j. Vini albi ℞ss. f. Serum posseticum, cui incoque Herb. Lujul. M. ij. Col.

In Febribus ardentibus, non tantum biliosos acres humores, Ventriculum miserè torrentes, fitimque intolerandam cum languore acerbo excitantes, optimè diluit, & attemperat; sed etiam Sanguinem ferventem refrigerat; bullientem reprimi, crasse contextum liquat; & recrementa adusta per urinam exterminat. Bibatur assatim ad libitum.

*Serum Purgans Hystericum.*

℞. Rad. Bryon. albæ ℥j. Sennæ, Agar. ā ℥ss. Infunde leni tepore per noctem in Seri Lact. ℞iiss. manè coq. ad ℞j. sub finem addendo Sem. Carui ℥ss. Mannæ ℥ij. Col. dissol. Syr. de Artemis. ℥ij. m. pro iv. Dosis.

*Serum Scorbuticum.*

℞. Cochlear. Plantag. ā M. ij. Becab. Funnar. Nasturt. aq. Acetosa ā M. j. Contuf. adde Seri Lact. ℥ij. Liquor expressus coquendo depuretur.

*Serum Splenicum.*

℞. Seri Lact. ℥ij. Epith. ℥ij. Rad. Helleb. nig. ℥ifs. Mellis ℥ij. Infunde xij. horas, deinde coq. ad ℥ij. Col. adde Aq. Cinnam. ℥ij. m.

Dof. ℥vj. bis in die.

*Serum Tamarindatum.*

℞. Tamarind. ℥ij. Affulis cochlearibus aliquot Lactis, agitetur in mortario donec emollescat; dein injiciatur in Lactis bullientis ℥ij. & separetur (per colaturam) coagulum.

Aliquantò acidiùs est, quàm illud Lujulatum; ideòque potentiùs sitim tollit; sed quia minori quantitate sumi debet, non tam efficaciter Sanguinem diluit. Porrò prius illud magis est ex usu, si metuatur Diarrhoea; uti hoc, si alvus sit nimis oclusa. Propinentur ℥iv. ter vel quater in die.

*Sinapismus.*

℞. Medullæ Panis albi ℥ij. Farinæ Sem. Sinap. ℥j. Ol. Garyoph. gut. xxxij. Aceti ℥iij. Mellis q. f. m. f. Catapl.

Hodiè ob frequentem Epispasticorum usum, Sinapismi in desuetudinem ferè abierunt; sed (si quid ego judicem) immeritò; siquidem.

1. Advocant Spiritus & Humores ad Partem vacillantem; illiusque tonum restituunt; atque adeò in Paralyfi, Atrophia, Gangræna &c. magno perè profunt.

2. Attrahunt ex alto ad superficiem: ideòque in Doloribus Ischiaticis, altè jactis, Tumoribus Pestilentialibus, &c. ex usu sunt.

3. Revellunt à parte affecta; atque hoc nomine, Dolore Capitis; Dentium, Oculorum, affectis; item Hysterice & Convulsivè membro aliquo particulari laborantibus, subsidio sunt. Et (quod nonnihil est) quotiescunque Arthritis, Metastasi facta, *ad pedes* & periculose in Caput, aut Ventriculum irruit, Sinapismi Pedibus applicati, ad illoseam fortiter (si quid aliud) revocare possunt.

Ab applicato Sinapismo pars est sæpè inspicienda; namque non tandiù super partem relinquendus erit, dum Tumorem, Dòlorem vehementum, aut Vesicas excitet; sed solummodo donèc pars digito pressa non albescat; sed rubicunda permaneat.

*Smegma Cephalicum.*

℞. Sapon. Venet. ras. ℥ij. Ol. Rorifin. Lavend. Nuc. Mosch. añ gut. xvj. Ol. Caryoph. Orig. ā gut. viij. Aquæ parum; Itrenuè diuque contundantur in Mortario marmoreo; & fermentur Pilæ ad Caput lavandum mane quotidie.

*Spiritus Antiscorbuticus.*

℞. Cort. Guajaci ℥vij. Cort. Aurant. ℥v. Bac. Junip. lbj. Sem. Dauci vulg. ℥vj. Sacchari lbvj. Aq. com. ℔l. Fæcum Cereviliæ q. s. Fermententur simul 12 dies, postmodum adde Sem. 4. Callid. major. ā ℥j. deindè peractâ ferè fermentatione, adijce Herb. Cochlear. M. xij. Becab. M. iij. Nasturt. aq. & Indici ā M. iv. Rad. Raph. Rust. ℥ij. Lig. Salsifr. ℥ij. Postea fiat Destillatio, & Rectificatio s. a.

In Scorbuto frigido convenit. Acidum infringit, Flatus discunt, &c. Dosis ā ʒj. ad ʒj. in vehiculo.

*Spiritus Carui Comp.*

R. Spir. Vini Gal. ℥ij. Sem. Carui candefact. ℥ss. Spec. Arom. Ros. Lætif. Galeni ā ℥ij. Infunde 14. dies. Col. adde Mosch. & Ambr. gris. (in mod. lig.) ā gr. ij. Aq. Naphæ ℥iv. denique admisce Fol. Auri. q. v.

*Spiritus Vini Camphoratus.*

R. Spir. Vini rect. ℔j. Camph. (cum parum ejusdem Spiritus super porphyritim trita) ℥iss. Stent in digestionē lenissima, donec Camphora tota sit soluta, & cum Spiritu exacte unita.

Quidam addunt Spiritum Salis Armoniaci.

In Febribus Malignis cum Vigilis, Delirio; Convulsionibus, Camphora Spiritus debite & ordinate expandere, eosque ad blandam quietem disponere, creditur. Diaphoresin & Diuresin promovet. In Furore Uterino, Gonorrhœa, & Urinæ ardore passim præscribitur. Externe valet in Colera, Iliaca passione, Colica: in Inflammatione, Erysipelate, Ambustione, Gangrana, Odontalgia, Faciei Maculis, & Articulorum Doloribus.

*Spiritus Vini rectificatus sine calore.*

R. Sp. Vini com. ℥x. Sal. Tart. opt. calcinati ℥iv. m. Agitentur simul in vitro, ita sensim Phlegma diluit illa salia, quibus deinde oneratum, sua gravitate, ad fundum præcipitatur, supernatante spiritu limpido leviter flavescente. Spiritum hunc per decantationem separatim iterum atque iterum cum Sale Tartari permisce, & agita, donec Sal nulli Phlegmati occurrens siccum in fundo remaneat, spiritu limpido (instar Spiritus Vini rectificati per distillationem) supernatante.

Multò præstantior est Spiritus, quàm Sp. per de-

destillationem rectificatus, quoniam acuatus est  
particulis Salinis, quæ poros simplicium rese-  
rant: Ergo melior ad Tincturas Cinnam. Ca-  
stor. Myrrhæ, Aloës, Croci &c. extrahendas.

*Succus Attemperans.*

℞. Herb. Tarax. q. ℥. In massam contus. pon.  
In olla fictili vitreata cum operculo, quæ Cli-  
bano (post panes extractos) indita stet 6. ho-  
ras; dein massâ in coluni effusâ, liquor clarus  
effluat.

Quibus contingit Ventriculum habere frigi-  
dum, imbecilem, cruditatibus & ructibus ob-  
noxium; ii omnes à succis crudis abstinere de-  
bent: ideoque talibus convenientissima Succo-  
rum parandi ratio est, ut in clibano coquantur.

Hoc simplex medicamentum Sanguinem &  
Humores diluit; eorumque acrimoniam corri-  
git: Scorbuto calido imprimis idoneum est; &  
Affectibus Cutaneis egregiè medetur. Bibantur  
℥iv. vel vj. ter, vel sæpius, in die.

*Succus Cochleariæ Vinosus.*

℞. Fol. Cochlear. hort. sub sereno cælo col-  
lect. q. v. Stucco e contulis expresso dolium iv.  
Congiorum impleatur; floribus Cerevisiæ cochl.  
ij. impositis, per duos dies fermentare sinatur:  
deinde vas oclusum in cella vinaria per sex  
menses colloceatur: tunc liquor clarus, ac in-  
star Vini Hispanici flavescens, in Utres exhauri-  
atur: ac utrum feruetur Per plures annos incor-  
ruptos perdurat, inquit Willis.

Ad Affectus Scorbuticos a Sanguinis acidi-  
tate ortos, Paralyfin, Hydropem, Vagosque  
Dolores, præcip. ℥iij. vel ℥iv. bis in die.

*Succus Hemorrhoidalis.*

℞. Sacchi Millefol. depur. lbj. Sacch. albi ℥ij. m.

Si ex virium prostratione : squalenti corporis habitu, & colore ad citrinum vergente, certo cognoscatur, Hæmorrhoidum fluxum esse immodicum; & moderari debere, hoc parabile Stypticum (debitis alijs non omisfis) in subsidium venire potest: atque magni cuiusdam Medici magnum fuit Secretum. Dof. ℥iij. bis in die. River. ait Decoct. Millefolii in potu ordinario per triduum exhibitum, Hæmorrh. dolorem feliciter discutere.

*Succus Hydropticus.*

℞. Fol. Plantag. virentium M. iv. Hepaticæ, Becabungæ ā M. ij. Simul. contulis affunde Aq. Raph. comp. tenuis ℔ss. f. expref. fortis.

Cl. Willis asserit, se sæpè cum successu præscripsisse ℥iij. ter in die.

Succi pro usu Medico asservantur tribus imprimis modis.

1. Affuso Oleo Olivarum, mediante quo à mucore per tempus præservantur.

2. Post aliqualem Phlegmatis exhalationem, & despumationem; & ad quartæ partis (coquendo) consumptionem; addendo Sacch. ℔j. Spir. Vini ℥ij. vel ℥iij.

3. Per residentiam spontaneam depurati Succi immittantur vasis halitu Sulphureo conditis. Nimirum tæda Sulphurea incensa immittatur vasi; ita nebula alba totam lagenam implebit. Hoc tandiu fiat, donec à fumo Sulphuris extinguitur; inde claudatur. Ita per longum tempus Succi commodè conservari possint. Hic modus omnium optimus est.

*Succorum Scorbuticorum ℔v.*

℞. Suc. Plant. Becab. Naft. aq. Dent. Leon. ā ℔j. Acetosa, Limon. Vini albi añ ℔ss. Stent. in  
fri.

gido ad subfidentiam: liquori limpido per Incerniculum decantato adde Aq. Raph. comp. Aq. Lumbric. Magistr. Sacch. albi añ ʒiv. Sp. Cochli ʒvj. m.

Herbarum Succi Sanguinem falsum, asperum, torridum, irritabilem, egregie diluunt, edulcorant, purificant, emolliunt; Recrementa Salina & Biliosa per Urinam amandant; Hypochondria valde aestuantia refrigerio perfundunt; Habitum Corporis arefactum, & strigosum, molli humore reficiunt: Atque (mei iudice) in Antiscorbuticorum familia facile primas obtinent; eoque magis quod nulla coëctione, aliove artificio nequaquam detorti, in sanguinem naturali indole & integrâ virtute transferuntur.

Verè autem magis sunt proficui, quàm alii anni temporibus; ideoque non tantum quia tunc Natura in corporibus humanis & passivè & renovationem sanguinis ex se instituentis, facilitate potest adjuvari; sed & insuper quia Succii ipsi sunt reverâ longè efficaciores; uti observat Sim. Paulli, inquitens; Quòd verno tempore Scorbuticæ Herbae maxime sese sale volatili commendant; veluti *doctrina* est, quòd ubi essentiam, Tincturamve ex iis sub finem Aprilis, aut initium Maji, præparemus; ea instar Vini Chii aut Malvatici rubescat; aliis anni temporibus non item. Propin. ʒiv. mane & 4. pomerid. A. iiv.

*Suffusus ad Ani proidentiam.*

B. Thuris Masc. Succini Caryoph. añ ʒss. Flor. Ros. rub. Balauft. añ ʒij. f. Pulv. crassus, cujus accenti fumus per fellam perforatam accipiatur.

Ita usus & consuetudo voluerunt; quoad me verò, vix animum adduxi, ut credam Fumum

Balaustiorum, aliorumve quorumvis Astringentium Vegetabilium, vim astringentem retinere posse.

1. *Suff. ad Catarrhum* ʒss.

℞. Olib. Succini, Benzo. Styr. Calam. Gum. Guajaci, Bals. Tolut. añ ʒij. f. Pulv. crassus.

Si Catharrus induxerit Astma, vetentur Suffitus; ob Suffocationis periculum.

2. *Suff. ad Catarrhum* ʒj.

℞. Gum. Guajaci, Gum. Junip. Mastic, Benzo. Myrrhæ, Auripigmenti ā ʒj. Bals. Peruv. gut. xvj. Garyoph. ʒij. m. f. Pulv. crassus pro Suffumigio Capitis.

*Suff. Odoriferus.*

℞. Benz. ʒj. Styr. calam. ʒss. Labdani ʒij. Mosch. Ambr. grif. ā gr. iʒs. Mucilag. Gum. Tragac. q. s. f. Trochisci, ex quibus pro libitu, additis solummodo Carbonibus Salicis, Candelæ Odoriferæ formari possunt.

Nonnullæ (inquit Zwelferus) sunt per se factis odorata, quæ carbonibus vivis inspersa tamen Factorem penè spirant: ita Cinnamomum, Garyophylli, Sem. Coriandri, Sem. Nigellæ, Rosæ, imò & Moschus ipse, si vivis carbonibus immixtus citò comburatur, malè olere solet.

*Suffitus Phthisicus.*

℞. Cort. Pistach. Myrrhæ, Succini ā ʒij. Sulph. vivi, Auripigmenti ā ʒj. f. Pulv. crassus, cuius, in prunas candentes coniecti, fumus, ope infundibuli inversi, in Pulmones inspiretur.

Dum extraneis succis perfunduntur & replentur Pulmonum parenchymata; Suffitus fortiores nequitiam usurpandi: leniorum verò usus, eo tempore, non prætermittendus, inquit Bonnet.

Suf-

Suffitus non statim ab eroso vasculo, aut Vit-  
ceris parenchymate, submoveantur; sed post  
dies 14. ad minimum; a sedata Hæmoptyli, in-  
quit idem.

Suffituum & Vaporationum administrationes  
interdum (inquit Willis) in Phthisi nondum  
deplorata, plus quam alia quævis remedia pro-  
desse solent; quatenus nempe Pulmonem ipsum  
attingunt; adeoque affectione immediata, ex-  
purgant, exsiccant, à putredine vendicant, cor-  
roborant; ejusque ductus aperiant.

*Suffitus ad Venesum.*

R. Capit. Papav. albi ʒss. Herb. Verbasci Mis.  
Flor. Ros. rub. Balauft. Thuris ʒ ʒss. Matrich. ʒj.  
f. Pulv. crassiusculus, ejus in prunas coniecti  
fumus excipiat per Cathedram perforatam.

*Suffitus ad Uteri Prolapsum.*

R. Scarabeor. ʒij. Pellicul. Anguill. minimum  
conciſ. ʒj. f. Pulv.

Opinio communis de procidentia uteri falsa est;  
reverâ enim hic affectus nil aliud est quam, 1.  
vel Vagina Uteri tota nimis relaxata, aut exten-  
sa foras propendens; vel 2. Membrana Vaginae  
adeo relaxata, exela, aut erosa, ut extra Mul-  
væ Labia representet corpus amplum rotundum,  
angusto collo annexum; quod Collum uterini  
intra Sinum pudoris se abscondit.

*Suppositoria.*

R. Mellis ad consistentiam justam, (id est  
usque eo dum digitos amplius non inquinet) Sal-  
communis, (vel Gemma) Pul. Aloës (vel Hie-  
ra pic.) ʒ q. f. f. Suppositoria duo.

Suppositoria & Clysteres Motum Peristalti-  
cum Intestinalium, fursum vergentem, deorsum  
proficiunt; unâque operâ efficiunt, ut minus  
arctè

arcté Ventriculi fibræ circulares constringantur.  
 Non semel observavi in vivorum sectione,  
 (& in Fœmina cui) ab annis. (Intestini portio  
 extra Abdomen nuda propendebat) intestino-  
 rum motum sursum, deorsumque tendisse, prout  
 vel in parte superna, vel inferna etiam, levicu-  
 lè illa pupugi stylo citra vulneris inflictionem.

Wepfer. de Cicuta aq. 325.

*Syrupus Albus.*

℞. Aq. font. puriss. ℥iij. Sacch. alb. probè depu-  
 rati ℥iij. Coque (diu genter despumando) ad  
 debitam consistentiam.

Syrupum hunc simplicem in Officina semper  
 asservandum jubeo: idque non propter medica-  
 mentosam aliquam ejus qualitatem; sed partim  
 (quia vilis est pretii) ut cum eo Formulas com-  
 ponerem; sc. Electuarium de Cortice; Mist. Ju-  
 nip. Mass. Pilul. & sexcenta alia ejusmodi; ubi nil  
 de Syropo vellem præter Consistentiam, aut  
 Edulcorationem.

Et partim ut Medicamenti colorem præserva-  
 rem; ideòque cum illo emulsionem Balsamicam  
 paro; atque ut alios proferam casus: Si quando  
 Spiritum c. c. aut Sp. \*alicui Julapio immiscen-  
 dum præscriberem; cum Syrupus Garyophillo-  
 rum turpiter nigrum; Violarum viridem, Fl. Pa-  
 ralyseos fuscum; liquorem redderet; hic, è con-  
 tra, Syrupus nullum colorem ingratum inducet,  
 aut Medicamenti faciem immutabit.

Aliqui volunt, ut inter coquendos Syrupos,  
 dum bulliunt, parum Mellis addatur; ita liqui-  
 dem, optimè despumabuntur; durabilem con-  
 sistentiam tuebuntur; & à Sacchari coagulatio-  
 ne præservabuntur.

*Syr. de Allio.*

℞. Radic. Allii (pellicul. denudat. & intaleo-  
las incif.) Sem. Anisi contuf. ā ʒfs. Rad. Enulæ  
ʒiij. Glycyrrh. ʒij. Spir. Vini Gall. ꝑbifs. Digere  
clausè, & calidè, 2. vel 3. dies. Colaturam. cla-  
ram & ferventem inde difculo argenteo; adde  
Sacchari albiff. ꝑbifs. Vafe prunis ardentibus fu-  
perposito, liquorem flammâ admotâ accende,  
& dum efflagrat, agita radícula. Tandem traji-  
ce per colum laneum Wallicum.

Willifianus èft : sæpe paratum curavi : &  
utilem deprehendi. De Allii verò viribus confu-  
le Lohoch de Allio.

*Syr. de Ammoniaci Simplex.*

℞. Gum. Ammon. (super ignem in Aq. font.  
ʒj. folut. & col.) ʒfs. Syr. Alb. ʒix. Senfim & f.  
a. commifceantur.

Validiffimè incidit, attenuat, detergit, expur-  
gatque Pulmones, Strenuè confert inveteratis  
Affectibus, crassæ lentæque pituitæ ortum de-  
bentibus. Tuffi laboriofæ, Empyemati, quin  
etiam Peripneumonix, & Pleuritidi jam incli-  
nata occurrit. In Asthmate verò specificè opem  
ferre perhibetur.

*Syrupus Asthmaticus.*

℞. Flor. Digital. (menfe Majo collect. & non  
ficcat.) No. 200. vel ʒij.) Aq. Hyffopi, Puleg-  
i ꝑbifs. f. Infuf. calida & clausa hor. j. Col. adde  
Glycyrrh. ʒfs. Rad. Enulæ Camp. Sem. Anisi ā ʒj.  
Agar. (nodulo ligati) ʒij. f. denuò infufio cali-  
da hor. j. Col. ejus ʒxj. difsolve Sacch. alb. ʒxviij.  
& in col. fine faccharo affervatæ ʒj. difsolve Gum.  
Ammon. ʒfs. Denique utrafque colaturas misce  
& adde Tinct. Benzo. ʒiij. m.

Dof. coch. j.

*Syr.*

*Syr. Balsamicus.*

℞. Balf. Tolut. ℥vj. Coq. (non despumando) in Aq. font. ℥xxx. ad ℥xij. tunc adijce Sacch. deputatissimi ℔j. & sine ulteriori coctione f. Syrupus, qui cum refrixerit coletur.

*Syr. Boyleanus.*

℞. Rad. Symph. maj. ℥vj. Herb. Plantag. M. xij. Contusis exprimatur succus, cui adde Sacch. pondus æquale & f. Syr. f. a.

Hospitem in Medicina eum esse oportet, cui non innotescit quam fortiter hic Syrupus Hæmoptoicis subvenire solet.

*Syrupus Chalybeatus.*

℞. Vini albi ℔iiss. Limat. Chalyb. ℥iiss. Tart. alb. pulv. ℥vj. Cinnam. Nuc. Mosc. ā ℥iiss. Mac. Garyoph. ā ℥iiss. Infunde calidè & clause in vase valde capaci (aliter dissiliet) 4 dies. Col. claræ ℔j. adde Sacch. albi ℔j. f. Syr. f. a.

Ferrum (secundum Lemery) ad usus Medicinales longè præstat Chalybi; quia facilius in corpore dissolvitur, & copiosius Virtutem exferit.

*Syr. è Chalybis Sale.*

℞. Aq. Cichor. ℥viij. Sal. Chalyb. pulv. ℥ij. Dissolve super ignem; dein reponere per biduum, ut præcipitetur Crocus: liquori claro effuso adde Sacch. alb. ℥viij. Ol. Cinnam. & Nuc. Mosc. ā gut. ij. f. Syr. f. a.

Solutio Salis Chalybis in Aqua facta, Lacti affusa, illud minime coagulat. Ideoque Sal. istud, licet cum Oleo Vitrioli (acido acidissimo) patetur, nullam tamen in se continet Aciditatem; quod satis notabile.

*Syr. è Chalib. Sale Hystericus.*

℞. Allæ fæt. ʒiʒs. Dissolve in Mortario sine calore in Aq. Hyster. ʒj. Col. adde Syr. è Chalybis Sale ʒxj. m. f. a.

*Syr. è Cynoglossò.*

℞. Succ. Herb. Cynogl. ʒiʒs. Coquendo purgetur dum inclarescat; & cum Sacchari albi ʒiʒs. f. Syrupus.

Populus Medicorum uno ore vim Soporiferam attribuit Cynoglossò: Ipse verò hunc Syrupum licet millies in usum duxerim, nullam tamen ejusmodi ejus virtutem adhuc observare potui. Nihilominus egregium eum agnovi, nullique cedentem, ad Defluxiones calidas, acres, tenues, Catarrhofas; Tussimque inde oriundam,

*Syr. Diagyrdii.*

℞. Diagyrd. pulv. ʒvj. Pul. Cinnam. ʒij. Sp. Vini ʒij. Ustulando coq. ad dimid. Col. adde Sacch. Crytallini ʒiʒs. f. Syr. f. a. Cujus Dosis sit ʒj.

*Syr. Diureticus.*

℞. Aq. Perficar. ʒij. Lap. Prunel. ʒij. Sacch. alb. ʒij. Coq. in Syr. Vires habet Julapii Diuretici Nitrosi.

Si Spiritus Vitrioli, Sulphuris, Salis, Nitri ipsius, simileve, Nitro affundantur; fumum, instar Aquæ fortis, excitabunt. Ideòque videndum, ne huic Syrupò umquam, aliisve nitrosis, Chymicorum Spiritus Acidi admisceantur; quia liquorem acerrimum, Ventriculo noxium, conficient.

*Syr. de Helenio.*

℞. Rad. Helen. Polypod. Passul. Corinth. ʒʒij. Rad. Glycyrrh. ʒiʒs. Herb. Nicot. Virg. siccat. ʒij. Tussi-

## S Y

℞ Tussilag. Pulmonar. macul. Saturejæ, Calamint.  
ā M. j. Coq. in Mulso, ad fbiſs. & cum Sacch.  
tantundem f. Syr.

Magna hujus vis Crassa attenuandi, Lenta in-  
cidendi, Viscida detergendi, Obstrueta aperien-  
di: Convenit ergo in Tussi laboriosa pectorali;  
Orthopnoea, & Astmate humoralis; Empyema-  
mate, &c.

*Syr. Incrassans.*

℞. Aq. Plantag. fbj Gum. Arab. ℥ss. Dissolve,  
& adde Sacch. albi fbj. f. Syr. f. a. Vid. Decoct. In-  
crass. cujus vires æmularur. Insuper externè illi-  
tus valet contra Herpetem.

*Syr. de Liquiritia.*

℞. Tinct. dulc. Mellis ā fbj. Ol. Aniss. gut. viij.  
f. Syr. f. a.

Incrassat, emollit, maturat, acridinem obtun-  
dit, Tussi Catarrhofæ medetur. Ubi verò Pul-  
mones exindè patiuntur, Attenuantia & Inci-  
dentia (qualis est Syr. de Helenio) magis ex  
usu fuerint.

*Syr. de Malva.*

℞. Decocti Malvæ Magistral. Sacch. albi ā fbj.  
f. Syr. f. a. Vires petantur ex Dec. Malvæ.

*Syr. de Myrrha.*

℞. Myrrhæ ℥ij. (vel ad summum ℥ss.) Teratur  
cum Sach. candi rub. ℥iv. Fiat in Albuminibus  
Ovorum dissolutio, eodem modo ac paratur Ol.  
Myrrhæ per deliquium.

Optimus est ad Tussim inveteratam, Astma,  
& ulcus Renum.

*Syr. Nicotianæ.*

℞. Glycyrrh. ℥ss. Herb. Nicotianæ Virgin. opt.  
sicc. & concis. ℥j. Aq. font. ℥xj. f. Infus. calida duas  
horas

horas Col. clar. ꝑiv. adde Mellis ꝑij. Sacch. alb. ꝑiv. f. Syrup. f. a. Cui adde Ol. Anili gut. j. Tinct. Benzo ꝑij. m.

*Syr. de Ovis.*

℞. Alb. Ovor. N<sup>o</sup>. iij. Aq. Plantag. ꝑvj. Simul. Quassatis adde Sacch. alb. optimè depurati pulverati & creti ꝑvj. Diu & laboriosè conquassando f. Syrupus sine calore.

Valet contra Tussim à Sero tenui & acri oriundam.

*Syr. de Sassafr.*

℞. Raf. Ligni Sassafr. ꝑij. Coq. in Aq. font. lbij. ad lbij. in fine addendo Cinnamomi, Sem. Fœnic. dulc. ā ꝑfs. Cum col. & Sacch. alb. is. ad Tabulat. coct. lbij. f. Syr. f. a.

Cephalicus, Pectoralis, Cordialis, Stomachicus est; & valet Contra Catarrhos, & Affectiones à phlegmate & frigore ortas.

*Syr. Theriacalis.*

℞. Rad. Contray. contus. Theriacæ Androni. ā ꝑfs. Mithrid. Diascord. f. ꝑij. Sem. Angel. ꝑj. Croci, Coccinel. ā ꝑfs. Aq. Lact. Alexit. ꝑiv. Aq. Theriacal. Epidem. ā ꝑj. Aceti Vini ꝑiv. f. Infus. calida, & clausa in vase vitreo xij. horas: liquor per subsidentiam & multiplicem transcolationem depurato adde Sacch. alb. ad Tabulat. cocti lbfs. f. Syr. sine coctione.

Optimè ingreditur Julapia Alexipharmaca. Vel dentur cochl. ij. in vehiculo appropriato.

*Syr. ad Tussim Convulsivam.*

℞. Musci Quercini Pulmonar. M. iv. Rad. Symp. maj. ꝑvj. Passul. Sol. exacin. ꝑij. Glycyrrh. raf. ꝑij. Bals. Tolut. ꝑij. Coq. in Mulsò ad lbfs. & cum Sacch. q. f. f. Syrupus consistentiæ spissioris.

Celebris & efficax est contra Tussēs elango-  
fas & convulsivas Puerorum (Anglicè *Hooping*  
*Coughs*) si cochl. j. vel. ij. propinetur sæpè in die  
ante & post singulos tussendi conatus, vel in  
Aq. Puleg. vel Decocto Pectorali, per aliquot  
diēs. Ita Communicator.

*Tabulæ Balsamicæ.*

℞. Sang. drac. opt. ℥ij. Flor. Benzo. gr. xvj. Balf.  
Gilead. gut. xij. Sacch. alb. ℥iv. Mucil. G. Tragac.  
q. f. f. Tab. pro Phthilicis.

*Tab. Cardiacæ.*

℞. Rad. Angel. Pulv. Diamb. ā ʒss. Ol. Nuc.  
Mosch. gut. iv. Ol. Cinnam. & Garyoph. ā gut. ij.  
Sacch. (Aq. Mirab. solut) ℥iij. f. Tab.

Languidas & resolutas vires reparant: frigi-  
dis Ventriculi Affectibus medentur; Cordis Pal-  
pitatione, & Tremore, laborantibus succurrunt.

*Tab. Cephalicæ.*

℞. Pulv. de Gutteta Cinnab. Antimon. ā ℥ij.  
Ol. Rorifmar. Nuc. Mosch. ā gut. ij. Sacch. ℥ij.  
Mucilag. G. Tragac. q. f. f. Tab. f. a.

Ad Cephalalgiam Idiopathicam, Vertiginem,  
Epilepsiam, & Affectus Convulsivos.

*Tab. Hemopticæ.*

℞. Ter. Japan. ℥ij. Croc. Mart. atring. ℥j. Sac-  
ch. Saturni Amyli ā ʒss. Sacch. albi ℥iv. Mucilag.  
Trag. q. f. f. Tab.

*Tab. Hystericæ.*

℞. Ol. Succini gut. viij. Sacch. alb. ℥iv. f. Tab.  
f. a.

*Tab. Pectorales.*

℞. Rad. Ireos Florent. Glycyrrh. Enulæ ā ʒss.  
Flor. Sulph. ℥j. Flor. Benzo. ℥ss. Ol. Succini gut.  
ij. Ol. Anisi gut. iv. Sacch. albi ℥iv. Mucilag. Gum.  
Trag. q. f. f. Tab. Præstantissimæ sunt.

*Tab.*